ENGELBERTUS ADMONTENSIS
um 1400 Seite 109v
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26151
Copyright: Admont, Benediktinerstift



sacrificij corporis et sanguinis sui in pretium placationis et
redemptionis humani generis Abak. iii° Splendor
eius ut lux cornua in manibus eius etc. videlicet
in manu sinistra unum cornu ad recipiendum. in
manu dextra unum cornu ad infundendum et in
plendum electos de suo sanguine habundancia
gratiarum etc. Demisterio statuere crucis
Circa staturam vero crucis. attendendum
est. i° quot ipsius statura fuit procera que proceritas
consideratur ex sue profunditatis et altitudinis pro
tensione. que sic se habent ad invicem sicud mons
et vallis. quod uno augmentato augmentatur.
et reliquum per respectum ad alterum. quia quanto mons
altior tanto vallis profundior et econverso quanto vallis
profundior. tanto mons altior. Crucis autem xpi
profunditas inscrutabilis attenditur in maiesta
tis xpi summa humilitate. quia cum in forma dei esset se
metipsum exinaniuit factus obediens usque ad
mortem crucis. Crucis vero altitudo incomprehensibilis
attenditur in humanitatis xpi summa exaltatione quorum
utrumque protendebat mensuram et quantitatem
alterius. quia quanto xpus maiestatem sue divinitatis
per mortem crucis plus humiliavit. tanto plus
humilitatem sue humanitatis plus exaltavit super
omnia Ad phil. iii° Propter quod et deus exaltavit